

13

EXERCITIUM ACADEMICUM
THEORIAM DEFINI-
TIONUM EXEMPLIS
MATHEMATICIS
ILLUSTRANDAM,

Leviter Adumbrans,

QUOD

Suffrag. Ampliss. Senatu Philos. in Regia ad Auram
Academia,

SUB MODERAMINE,
VIRI, MAXIME REVERENDI atque CELEBERRIMI

D^{N.} D^{oct.} CAROLI
MESTERTON,

Log. & Metaph. PROFESS. Reg. & Ord.

Candidorum publicæ censuræ modeste subjicit

ARVID FAVORIN. Nic. Fil.

SATACUNDA - FENNO.

In Audit. Majori die XXIII. Jul. Anni MDCCCLVII.

H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland, JACOB MERCKELL,

*Admodum Reverendo & Praeclarissimo Viro
D:no JOHANNI ROTHOVIO,*

Pastori & Præposito Ecclesiarum, quæ Christo in Ikalis & Stora colliguntur, Vigilantissimo, Gravissimo; Avunculo ob multa a teneris inde præstata beneficia ad cineres usque reverenter Calendo.

*Plurimum Reverendo & Praeclarissimo Viro
D:no JONAE MENNANDER,*

Urdialensium Pastori, Meritissimo, Dextrimo, Avanculi loco, omni pietate perpetim Devenerando

*Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo Viro
D:no Mag. JOHANNI HACHS*

Pastori in Vesilax longe Meritissimo, Fautori certissimo, Patrui loco æternum Aëstimando.

*Perquam Reverendo atque Clarissimo Viro
D:no GABRIELI FAVORINO,*

Sacellano in Achas per annos bene multos, Laudatissimo, Patruo ut unico, ita quovis honoris cultu perpetim Prosequendo.

INsignem ingrati animi notam me non posse effugem, ob singularem prorsus favorem & Beneficiam, quæ voluistis, exilem hunc ingenii fœtum submisso offerrem, am debitam Vobis pietatem, testarer & reverentiam, mihi humillimus oro & obtestor, mihi que ut cœpistis in postea in annos bene multos sospites, felices & incolumes mansurus

NOMINUM

JACOB MERCERI cultor
ARVID

*Admodum Reverendo & Preclarissimo Viro
D:no GUSTAVO ROTHOVIO,
Animarum in Parocchia Pälkänenſi Præposito & Paſto-
ri Adcuratissimo, Laudatissimo; Avunculo Exop-
tatiſſimo, ad urnam usque pia men-
te Venerando.*

*Plurimum Reverendo atque Preclarissimo Viro
D:no CAROLO ROTHOVIO,
Paſtori Ecclesiæ, quæ DÆ in Sexmæki congrega-
tur Dignissimo, Laudatissimo, Avunculo Parentis loco
summa animi obſervantia ſemper Suspiciendo.*

*Spectatissime Fidei Viro
D:no ANDREAE BEREN. GADD,
Prætori territoriali, ad partem ſuperiorem Satacundiæ
inferioris Dignissimo, Fautori aſtumatissimo.*

*Per quam Reverendo atque Doctissimo Viro
D:no ELIAE FONSELIO,
Sacellano in Ikalis Meritissimo, ut Præceptorι quon-
dam fidelissimo, ita Avunculi loco jugiter colendo,
re judicavi, ſi non Vobis, Patroni & Fautores, Opti-
bus me immeritum nullo non tempore cumullare
quum aliud magis idoneum, & melius munus, quo me-
hi non ſuppetat. Serenis igitur vultibus illud fuſcipiatis
rum favere pergatis. De cetero ex amino voveo ut
vivatis, vigeatis, floreatis! ad cineres usque per-*

VESTRORUM,
humillimus
FAVORIN.

Krono Lånsman
Högwälagtad H E R R
NIELS FAVORIN,
Min Högtårade käre Fader!

Set kan ej annat / än vara mig besynnerligen
angenämt / då den dagen framfindrat / på hvil-
ken jag får tilfalle at offenteligen å daga lägga min
wördnads- fulla erkänsla / emot den huldhet och kärlek /
jag ifrån barndomen af käre Föräldrar erfarit. Men
min pennा / är ej så lyckelig at hon räteligen kan astuldra
Edra wålgärningar? Ord tryka mig nu som måst / när
mit sinne är upprört af Högagtning / och syhelsat at
omorda och prisa Eder godhet. Förälsen therfore K. G. /
at jag felter min swaghets / kunnandes ej mera läsiva /
ån at mitt brinnande hjerta stådse skal wörda Edar kär-
lek. Uptagen denna ringa pappers gäfwa / såsom tekn af
mitt erkänsamma sinne och pant af den skuld / jag al-
drig gitter betala / samt låten Edar Guist och Huldhet
altid vara ny för then / som ouphörligen skal anropa
Förshnen / at Han wille bekröna Eder mine käre För-
äldrar med mycken föllhet / samt låta Eder annalkande
ålderdom / åga grönskande åldrens / förmågo och helsa!
framhärdandes til det tysta

Min Högtårade käre Faders

Lydigste Son
ARVID FAVORIN.



latus, huncq; ducimus hoc
tertius quoque est in l. etiam quod
militum iste non nisi tunc
etiam qd; adiutorio

§. I.

Pulchrum est, intellectum varia-
rum rerum cognitione locuple-
tari, & juxta necessarium, un-
quam pati nosmet in recensem-
dis & observandis factis &
phænomenis naturæ, nostram
neque fidem desiderari neque
industriam. Quod si quoque phænomenorum & fa-
ctorum rationes a nobis reddi possint, eo adhuc su-
perius hoc est cognitionis genus, quo majus inde
oblectamentum ob sensum suæ perfectionis capit animus
sciendi cupidus. Verum quod apicem cogni-
tionis humanæ ascendit, merito illud esse putatur,
quando phænomena ad numeros & mensuram revo-
care, leges eorum, vires etiam causarum atque ef-
fectuum quantitates metiri valemus. Ad quod præ-
standum, cum cognitio Mathematica unice sit ne-
cessaria, profecto felicitatem, quæ per ejus studium
generi humano contingit, insiquem esse vides. Sed

A

novisti

novisti omnia finita entia Mathematice æstimari posse, quæ ratione habita quantitatis, vel graduum quorumcunque id admittunt, quo assumere aliquid pro unitate liceat, quod aliquoties repetitum ejusdem generis alteri æquipolleat, aut idem superat; ergo hinc simul cognosces, quomodo ipsa felicitas humana per adlicationem Matheseos ad res cognoscendas, promoveri queat. Verum quoniam huic rei dicendæ opus est prolixiori oratione, quam fert instituti ratio, non nulla tantum in transcurso attin gam, ex quibus hæc generaliter dicta ad casus speciales relata clarius patebunt: nimirum causas firmatis in ædificiis, motuumque in machinis quærimus, sed non sufficit eas solum invenire & nosse; Verum ne fornices collabantur cum strage & ruina hominum, neque sumptus effundantur in machinas factu & fabricatu impossibilis: e. g. perpetua mobilia, necesse est insuper dum machinas & ædificia extruere volumus, determinare rationes quantitatis causarum, quod beneficio Matheseos solius obtinetur. Præterea quod ad inventa attinet: novitas eorum imprimis se nobis quam maxime commendat, & præsumta inde utilitas animum valde demulcit, adeo ut in nulla re magis, quam in statuendo vero de illis pretio, hallucinemur: Sed si dicendum, quod res est, non potest æstimatione rei inventæ tutius unquam alio, quam Mathematico modo fieri, & ex voto procedere. Possem hoc plurimis probare exemplis, si ita opus esset, sed unicum eorum adduxisse instituto sufficiat, quod vel ideo Lectori arridebit, quia œcono-

œconomicum. Quæritur an conducat araneas adhibere præ bombycibus ad nendum sericum? Testantur novellæ lit. gallice journ. des scavans anni 1710 tibialia cum chirothecis ex aranearum lanificio, perfecta fuisse. Et videbatur quidem primo intuitu res sua semet commendare utilitate, si ad texendum uti vellemus opera aranearum, potius, quam bombycum, eam ob causam, quia cum bombyx ova non ultra 300 poni, quorum 40 aut 50 vix araneari & in pullos coiri solent, qui opus perficiant, tum aranea parit 600 vel 700 ova, ex quibus pauca intereunt: Verum enim vero quæstio, si rite & digne solvatur ad calculum Mathematicum revocari debet: Cui proinde jam dudum adeo dextre subduxit rationes Dn. de Reautur, ut inde satis discamus, operam & oleum perdi, si araneis præ bombycibus in nendo serico uteremur: Etenim cui operi unus sufficit bombyx. illud 12 araneæ peragunt; quoniam vero fœmellæ tantum nent, opus hinc omnino 24 araneis; quæ in texendo cum uno bombyce, paria faciant. Conficiunt jam 2304, bombyces, unam libram serici; ergo si hic numerus cum 24 multiplicetur, provenit productum 55296, quod indicabit numerum aranearum, quæ ad nendum eandem libram requiruntur. Atque sic abunde constabit, quantum lucis, solvendis variis problematis, ceterisque rebus imprimis inventis digne examinandis, affundat Mathesis, cuius idcirco scientiæ, tanta omnino est utilitas, quantæ extensionis eam supra esse indicavimus. Hinc ne coarctaret sed dilataret

Iataret ejus limites Craigius, ad aestimandam Historiarum quoque probabilitatem illam applicuit. Laudamus institutum. sed reprehendimus factum, quod divinarum literarum certitudinem in probabilitatem transmutaverit.

§. II.

UT denique nulla vitæ pars, quemadmodum experientia nos docet, vulgari saltim cognitione Matheleos carere potest: ita ad ipsas disciplinas quod attinet simul patet, exquisitori Matheleos studio, et as penitus fœcundari & animari. Nolumus jam per singulas eundo disciplinas fidem dictis conciliare, paucis tantum indicemus, quantum commodi Logica ex Mathesi capiat, postquam in antecessum verbo tetigimus merita hujus in physicam; etenim qui habitum philosophiæ naturalis modernum una cum antiquo vel leviter respexerit: hunc deprehendet non nisi lacinia tenere ob plurium hic opinorum atque principiorum precatiōrum farraginem: illum vero sua veritate ceu veste splendidissima corruscare. quæ posterioris insignis, præ priori prærogativa, post varia experimenta & observationes, quibus recentiores res naturales in illustriori loco ponere allaborarunt, Mathesi tanto magis est adscribenda, quanto certius constat, corporum de quibus agit Physicus, structuram, ad leges Geometriæ esse concinatam; & quemadmodum physici est causas rerum naturalium indagare, effectum autem ab causa sua derivari evidenter nunquam constat, quam ubi pater effectus quantitatē viribus causæ esse æqualem; ita cū illud

***) 5 (***

solius ope Matheſeos fieri contingat, facile quisque
novit per eam nosmet ad liquidam rerum naturali-
um cognitionem pertingere. Jam ad Logicam dein-
de quod attinet, eam Matheſis ſibi totam vindicat,
ut etiam regulas ratiocinationis, ſi ſibi conſent atq;
rite diſcrimen veri a falſo deſignent, praxi veterum
Geometrarum debere eſſe conformes, jure optimo
harum rerum periti contendant. Quin immo ipſa
primordia diſividendi ideas ratione modi cognoscen-
di erunt Matheſi accepta referenda: nam cum Vale-
rianus magnus viſiones Euclidem in claras & ob-
ſcuras obſervavit diſividere, ideaſ ſimili modo di-
ſivendas eſſe duxit; ſed illa felicitas non adeo magni
æſtimanda eſſet, niſi ſimul conſtaret omnes, qui fe-
liſſiſſuſ ſuccelſuſ, in ideis ipſis formandis, problematibus
ſolvendis, Theorematibus demonſtrandis, ac insuper
in omni veritate rite logice cognoscenda verſari ve-
lint, debere Matheſin cum Logica conjungle; quod
Lycei noſtri quondam lumen Celeb. Joh. Veliſ in
disput. de nexo Matheſis cum Logica, ſatiſ nervoſe
exposuit. Unde illa ſcientia quoque pro optimo per-
ficiendi intellectus iſtrumento habetur. Proinde Ma-
lebranchius & Tſchirnhausius multam atque optimam
operam in augenda mentis humanae capacitate
per Geometriam & Algebraam collocarunt; ille in Lib.
de niquir. Ver. hic in irach cui titulus medecin.
mentis. Neque industriam ſuam Celeb. Wolfius in
propositionibus Logicis, logicæ ſuæ majoris, per plu-
rima exempla Mathematica, explicandis, deſiderari
paſſus eſt. Noſtrum vero non eſt omnem utilitatem

cognoscere, quæ ex Mathesi per totum corpus logices diffunditur, verum tenui minerva tantum paucis inquirere, quantum ad illustrandam Theoriam definitionum exempla Mathematica faciant.

§. III.

Quidquid Logici de definitionibus præcipiunt, id in duas resolvitur partes: quarum prima concernit naturam characterum rei definitæ, qui ingredi debent bonam & legitimam definitionem, per quam res ab aliis semper & ubique distinguvi possit: Altera symbola comprehendit, quibus definitiones exprimi solent. Illa leviter primum attingemus ut mox constet quantum tribuendum sit exemplis Mathematicis, ratione symbolorum, in usum rerum cognoscendarum, versis. Vulgares logici in eo multum, & quidem recte occupati sunt, quo regulas justas tradant stili philosophici, & simul præcautum eant, ne definitiones, per terminos homonymicos, æquivoscos, & synonymous obscuræ & confusaæ fiant; Sed hæc omnia, exemplis aliunde petitis, illustranda, huc non pertinent. Inde tamen colligere licet perfectiōnem cognitionis symbolicæ debere in eo poni, ut signa excitent in mente, facillime ideas characterum Objecti & definiti sigillatim conspiciendas. Ad quem finem commode obtinendum præ aliis, symbola Mathematica videntur esse accommodissima, Terminii namque & voces vulgares pluribus & infinitis modis, per usum vulgarem variari & mutari possunt, ut vox una jam hoc, jam aliud, significare queat. Quo etiam accidit plurimas dari voces, mente

mente cassas, & fingi contradictiones, adeo ut per eas non nisi difficulter ideæ rem certam designaturæ, exprimantur. Numeri autem, lineæ & figuræ Mathematicæ non modo æstatem ferunt, sed etiam sœpius primo intuitu notas objecti, menti sigillatim enumerandas fistunt. Sic cum unitati signum I. impositum sit, ex signis III. &c. characteres quanti cognoscimus, quod numero quaternario constat. & figura trianguli in tabula piæta, visui, cum objicitur intuenda, spatium lineis tribus inclusum ita denotet, ut hujus notione per sensus convincamur. Jam quem admodum ab objecto Mathematico, facillimo modo abstractio fieri potest, ita symbola ipsa Mathematica, optime etiam modum abstrahendi promovent, quippe cum illorum, quædam sint adeo generalia, ut loci temporisque circumstantiis instar vulgarium vocum, non alligentur, tuto quoque absque metu æquivationis, ad res plures designandas possunt adhiberi, quod ex exemplis signorum Algebraicorum: puta a , b , c , cuivis ad oculum patet, quæ ad quodlibet quantitatis genus, figuræ, lineas, pondera, tempus, motusque &c. significandos, utiliter usurpantur. Hinc quoniam signa hæc iterum facillimo negotio, ut res postulat, combinari possunt, fit inde, ut quæ sic exsurgunt formulæ, mox ob suam simplicitatem, ne plurium verborum umbris conflictari & perturbari, necesse habeamus, sponte ipsum rei in mente conceptum, excitari queant, prout hoc ex formulis extrahendi radices Numerorum quadraticorum & cubicorum, cuilibet rem rite perpendenti, abunde constat.

stat. Atque præterea norunt, qui sublimiorem Algebraam callent, quod signa condi queant, quæ adhuc majorem perfectionis gradum habent, & ab philosophis essentialia signa dici solent. Hæc in linguis orientalibus Ebræa imprimis, quidam semet invenisse putant; sed si dicendum quod res est, sunt illa eiusmodi ab auctoribus suis prætensa signa, ut nihil conferant ad speciales rerum affectiones cognoscendas; & quandiu ars characteristica combinatoria inexculta jacet, tamdiu quidem de signis, significatum essentialiem habentibus, vix ultra generalem de ipsis conceptum, ascendit nostra cognitio. Verum enim vero, quo feliciori etiam successu prædicta ars excalatur, eo potiores in ea exornanda, partes, ceteris paribus, non possumus non Mathesi tribuere.

§. IV.

Sed properamus visum illa commoda, quæ ex exemplis Mathematicis, ad illustrandos characteres definitionum fluunt. Nam cum definitio sit notio completa; sequitur definitionem debere ex essentialibus & attributis propriis, construi. Horum tam largam copiam præbent nobis iterum exempla longe egregia Mathematica, ut ex illorum uberrimo penu, nonnullis tantum proferendis simus contenti. Sic cum quadratum hypothenusæ definitur esse æquale reliorum laterum quadratis, notio hæc est trianguli rectanguli, attributo proprio constans. Ad eum modum, divisio parallelogrammi in duas partes æquales, suppeditat notionem ex proprio desumptam: item si quis Octenarium numerum, majorem septinario,

nario, & minorem novennario definiverit, is ex attributis his junctim sumtis, tanquam propriis, notas sufficietes, octenarii ab aliis rebus distingvendi conflatas, in medium producit, & quidem recte, licet Logicis vulgaribus eatenus, hic modus definendi non placet, quatenus ex aliarum rerum relationibus videtur peti. Verum Mathemata ignorat, quem latet, praedicta methodo, in scriptis Mathematicorum, definitiones rerum quam frequentissime, proponi.

§. V.

ATQUE sic iam idoneam naeti sumus occasionem, verbo dicendi de eo, quam non justæ modo, sed fœcundæ ex relationibus aliarum rerum condi possint definitiones. Nesciunt hunc modum definendi cæteræ scientiæ, in Mathesi autem, imprimis in superiori primas ille tenet, quod ex æquationibus algebraicis patet, ubi per rectam ad se invicem relationem, curvarum indolis & natura exponitur. Sic parabolæ legitima est definitio sequens $y^2 = ax$. seu quod idem est; quadratum semiordinati est æquale rectangulo ex parametro & abscissa formato, Eodem modo in Geometria, figuræ regulares definiuntur, per id quod circulo circumscribantur. Notamus quod non modo in extenso, ubi partem ejus homogeneam licet pro unitate assumere, & hujus ad totum relationem exponere, hic ex relationibus modus definendi, locum habeat, verum etiam in iis rebus, quæ partibus carent quantitatibus, ut ita loquar, & non nisi gradu differunt, ex voto idem procedit. Sic quem admodum superficies & solida per rectarum ratio-

nem exprimuntur; ita impetus iuventus est consistere in ratione composita celeritatis & massæ; Celeritas iterum per rationem spatii & temporis determinatur, horum vero quantitatem cum per lineas & numeros nobis repræsentemus & metiamur, constat celeritatem earumque rationes, relatione habita ad lineas exprimi. Quod si jam inventa fuisset mensura & relatio, ad quam affectiones animæ exigi possint, patet nos net posse ejus non modo virtutes metiri, sed & in illustriori quoque loco poni methodum definitiendi res ex aliarum rerum relationibus: sed hoc est in voris, Proinde quidquid edendo specimen psychrometrlæ molitus sit Dn. Körber in libr. cui titulus: aus Ermezung der Seele / fini, quod indicasse juyabit non dum sufficit.

§. VI.

VERUM enim vero, superest ad huc considerandum, quod maximum fert momentum amplificandi Theoriam definitionum, quodque plurimum interest ejus scire & nosse, qui solidi quid moliri in perscrutanda rerum veritate, cupiat; nimicum illud, quo, quibusque modis, definitiones unius rei variari, & in alias ejusdem nominis mutari, possint, si jam Mathematica rursus respiciamus, amplissimus semet aperit campus de hac re dicendi. Maneamus saltem in proferendis iis exemplis que nobis præbent numeri. Potest I:mo namque numerus datus, isdemque ex pluribus aliis sive unitatibus compositus per sigillatam enumerationem minorum sive unitatum, exponi; ex quibus conflat: e. g. $6 = 4 + 2$, $6 = 4 + 1 + 1 = 3$

$$+3 = 2 + 1 \rightarrow 3 = 3 + 1 + 1 + 1 = 2 + 2 + 2 = 2 + 1 +$$

$$1 + 1 + 1 = 1 + 1 + 1 + 1 + 1. \quad 9^3 = 9 \cdot 9 = 81. 9 =$$

729. Potest 2:do deinde is præter nominatam sui resolutionem in minores, five unitates, aliis modis explicari & exprimi; unde novus definiendi illum, modus provenit; e. g. $6 = 2 + 2^2$ &c. Ex quibus abunde patet, ut quot rationibus numerus explicatur, tot quoque vicibus novæ definitionum formulæ prodeant, quarum una in alterius locum absque rei confusione & mutatione poni potest. Levi brachio tetigerrunt eruditi hanc, scientiis promovendis alias perutillem materiam; & fateor quidem in ceteris scientiis non prostrare exempla, quæ tantam copiam proferrent definitionum eandem potestatem habentium, ac in Mathesi. Neque tamen desunt ejus rei exempla in S. Theologia. Sic ut cetera taceam doctrina de Justificatione his formulis tam in Sacra Scriptura, quam in libris Theologorum, proponitur.

Justificamus per fidem in Christum: Justificamur per meritum Christi: Peccata gratis remittuntur. Sol a fides justificat. Justificamur per gratiam in Christo: Quæ propositiones, nisi subtilissime rem inquiras a se invicem non magnopere abludunt, quin potius una eorum ex altera per consequentiam immediatam fluere videtur, adeoque omnes protinus dogmate habentur. Hinc non potest non prædictus modus concipiendi unam notionem, sub variis formulis, multum participare, de distinta rerum cognitione atque usum habere in quovis scientiæ genere, Nam ut numeri ex unita-

unitatibus componuntur: ita notiones cuiusvis rei partiales, notionem totam constituentes, instar unitatum considerari possunt atque debent; adeoque quoniam pro varia combinatione unitatum, variæ numerorum formulæ existant, pro varia quoque coniunctione notionum partialium, novæ notiones & definitiones, eandem rem exprimentes exsurgunt. Sic si notiones e. g. animæ humanæ partiales: *vid. quod illa sit I.) simplex 2.) Intellectu prædita. 3.) Per corpus limitato*, variæ jungantur, prodeunt inde variæ ejus definitiones, utpote *a) Anima est spiritus corpore organico limitatus. b) corpore præditus. c) Ens simplex repræsentans mundum, pro situ & statu corporis. d) Substantia cogitans, corpore limitato. e) Ens vi agendi per corpus limitatum.*

VII.

EN B. L. juveniles nostras meditationes circa egregiam hanc & amplam materiam, cui pro dignitate dicendæ & explicandæ, quantum alicujus vires sufficiunt & pares sunt, tantum is in distinctis rerum conceptibus formandis profecisse sibimet gratulari potest: Præter industriam & sciendi cupiditatem utilissimas res, nihil nobis in materia præsenti, exponenda tribuimus. In cumulandis exemplis operam multam non potuimus collocare, ob pagellarum angustiam. Intra denique Algebraam & Geometriam sublimiorem, quæ in illustranda Theoria definitionum utramque sere faciunt paginam sublisterem voluimus, in exemplis ex elementari Mathesi solum proferendis, ut tirosem hujus studii debet; Sic in chartam pro viribus conjecta, Tuum est B. L. æquibonique consulere, nosque eidem favori Tuo pleno, commendatos semper habere, cujus documenta si saltim quædam opera nostra provocare potuerimus, erit, de quo nobis insinu gratulemur.

S. D. G.

** * * *